velociter. actu. x. Adhuc loquēte petro v̄ba ceci. ſ. ſ. ſup eos q̄ au. v̄.
h vtiq̄ʒ ad purgādū. Ecce q̄ʒ velociter purgat ſpūſſanct⁹ Petrus in
fidelib⁹ p̄dicabat ⁊ adhuc loquente petro. ſ. ſ. in corda audientium
veniebat ⁊ ea a ſordib⁹ īfidelitatis ⁊ viciorꝝ purgabat Ambro. Ne-
ſcit tarda molimina ſpūſſancti gratia. conſidera q̄ʒ velociter purgat
aliq̄s peccatorum ɔtraxit ſordes viciorum. p. xx. vel. xxx. annos ho
die habet verā ɔtritōnem facit confeſſionem ⁊ in vna hora per gra
tiā ſpūſſancti purgatur ab omnibus peccatis. hui⁹ exēplum habes i
latrone qui diu iacuerat in peccatis hic cū diceret ad xp̄m memen
to mei domine dū veneris in reg. t. ſtatim audire meruit. Amen di
co tibi. hodie mecum eris in paradiſo id eſt. videbis faciē meaʒ
delicioſam quā null⁹ p̄t videre niſi habeat p gratiā ſpūſſancti men
tem purgatam ab omnibus pcc̄is mat. v. Bti mūdo corde q̄m ipſe
3º deū videbūt. Tertō purgat totaliter. Eze. xxxvi. mūdabimi ab oīb⁹
inq̄namētis veſtris ⁊ dabo vobis ſpūm nouū. Nota q̄ dicit ab oī-
bus quia ſpirituſſanctus veniens in mentem mūdat eam ab omni
bus peccatis per que anima inq̄natur quamuis vnuʒ veniale vt di
cunt magiſtri poſſit remitti ſine altero in habentibus caritatem nū
quam tamen vnum mortale peccatum ſine altero remittitur. Jdo
ſpirituſſanctus dat homini. vij. dona contra. vij. vicia d̄ quibus di
cetur in ſequēti ſermone. Qui hodie ſpūmſanctum miſit aplis ipſe
ab oībus nos purgʒ pcc̄is. Amen. ¶ De ſancto ſpiritu S.º 2º.

Repleti ſunt omnes ſpirituſancto ⁊ ce. lo. va. li. put ſpūſſan
ct⁹ da. eloq̄. illis. actu. ij. Jn v̄bis p̄miſſis deſcribit̄. ſ. ſ. q̄lit̄
dat⁹ fuerit cū donis. ⁊ p̄mo tangit̄ qualr dat⁹ fuerit cuʒ do
nis gratuitis. Scd̄o cū donis gratis datis. dona gratuita ſanctifi
cabāt apoſtolos interi⁹. dona gratis data mirificabāt eos exteri⁹.
Primū ibi. Repleti ſunt oēs. ſ. ſ. Scd̄m ibi. Et ceperūt loqui. Nota
q̄ ſpirituſſanctus per ſeptem dona confert ſeptem bona contra ſep
tem vicia. Primo nanq̄ʒ replet animam per donum timoris con-
tra ſuperbiam. Secundo accendit per donum pietatis contra inui
diam. Tertio ornat p donum ſcientie ɔtra iram que mentem ptur
bat. Quarto confirmat p donum fortitudinis ɔtra acidiā q̄ mētez
eneruat. Quito arguit p donū ɔſilij contra auariciā que ɔtrā cōſi-
liū dñi omnia vult reſeruare. Sexto docet p donum itellect⁹ contra
gulā que rōēʒ ſuffocat Septio eleuat p donū ſapie ɔtra luxuriā cui

illi n̄ ſapiūt niſi terrena. Primo dico ꝙ replet p donū tioris ɔtra ſu
pbiā. Sap.i. ſpūs dn̄i re.oꝛ.ter.i.hominē terrenū in mūdo moꝛātē
Jſta repletio peccatoꝛi valde eſt neceſſaria q̄ vacuus ꝟtutibꝰābulat
in tenebꝛis ⁊ in vmbꝛa moꝛtis Gen̄.i. Terra erat ianis ⁊ vacua et
te.e.ſup fa.abyſſ.i.coꝛdis hūani.⁊ ſpūs dn̄i ferebať ſuper aq̄s. Ter
ra.i.terrenꝰ homo erat ianis ⁊ in tenebꝛis ⁊ ſup iſtū fuit ſpūſſāctꝰ
cuius eſt tenebꝛas expellere ⁊ mentē replere ⁊ ſic animā ad bona o/
pera reducere. Ephe.v. Eratis aliq̄n tenebꝛe nūc aūt lux in domio
vt fi.lu.ābulate. fructus enim lucis eſt in omni iuſticia ⁊ veritate ⁊
bonitate. Sic ergo ſpūſſanctꝰ aiam q̄ vacua ē replet.⁊ h̄ p donum
timoꝛis. Jlla aia timoꝛe repletur q̄ timet vndiq; ⁊ ex oi pte. Si eſt ſi
ne peccato timet labi in peccatū. ſi eſt in peccato timet i eo moꝛi. Ex
vna pte timet penā infernalem.⁊ ex alia pte hoꝛribilem diem futu/
ri iudicij. q̄ ſic timet i bonis opibus ſe exercet. Eccle.xv. Qui timet
deum faciet bona. Talis i extremis ſecurus erit. Eccle.i. Timēti deū
bn̄ erit in extremis.⁊ in die defūctōnis ſue bn̄dicetur. Per donum
timoꝛis expellitur ſupbia. Eccle.xxi. Qui timet deū conuertetur ad
coꝛ ſuū. Talꝭ vtiq; vitabit ſuperbiā. quicunq; eni ad coꝛ rediens con
ſciam diſcutit.fragilitatis humane ɔditōnem ppendit.miſerias hꝰ
m̄di aduertit.vtiq; omnē elatōnem a ſe abijcit. Bernhardus. Nō
eſt quo admittas ſuperbiam.repletus domini timoꝛe. nam timoꝛ
domini expellit peccatum. eccleſi.i. Jſtud donum apoſtolij hodie re
ceperunt.ideo pacientiam ⁊ humilitatem vſque in finem ſeruauerūt
Unde paulus in perſona omnium dicit. ij.coꝛ.iiij. Perſecutōnem
patimur ſed non derelinquimur.humiliamur ſed non confundimur
deficimur ⁊ non perimus. Sic patet pꝛimum. Secundo dico ꝙ
accendit per donum pietatis contra inuidiam. ideo comparatur i/
gni. luce.xij. Jgnem veni mittere in ter.⁊ quid vo.niſi vt ac. ignem
vocat ſpiritūſanctū.qui coꝛda peccatis infrigidata accendit. Unde
canit eccleſia. Accende lumen ſen.infun.amo.coꝛdi. hoc ſpiritu fer/
uebat qui dicebat. Jnflammatum eſt coꝛ meum ⁊ re.m. con. ſunt.
Renes id eſt carnales affectiones per ignem ſanctiſpiritus conſu/
muntur. ſic ergo ſpirituſſanctus accendit ⁊ hoc per donum pieta/
tis contra inuidiam. inclinat enim ad diligendum pꝛoximum quē
pꝛius oderat ad compaciendum ei cui pꝛius inuidebat ad ſubueniē
dum ei contra quem pꝛius viſcera miſericoꝛdie clauſerat. ideo dicit

ij.pet.i. Miniſtrate in pietate fr̄nitatis amorē. O q̄3 pium ē amare ꝓ
ximū ei⁹ aduerſitatib⁹ cōpaciēdo ⁊ i neceſſitatib⁹ ſubueniēdo. Iſtō
donū apl̄i hodie receperūt iō primum dilexerūt vn̄ de ſalute primi
Multas terras circuierunt ⁊ in itinerib⁹ ⁊ in vigilijs i ieiunijs ⁊ in
predicatōnibus laborauerūt. q2 in om. ter. ex. ſo. e. ⁊ in fi. or. ter. ver.
eoꝝ. ꝓpter hoc donū ⁊ primoꝝ neceſſitatib⁹ ꝯpaſſi ſunt. ij. coꝝ. xi
Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor. Per hoc etiā donū primis ſb
uenerūt. vn̄ legitur actu. iij. ꝙ claud⁹ quidā ſedens ante portam tē-
pli cum peteret elemoſinā a petro ⁊ iohāne. dixit petrus. Argētum
⁊ aurum nō eſt m̄ qđ autem habeo hoc tibi do. In nomine ieſu ſur.
⁊ ambula in pace. Ad pietatē hortabat᷑ etiam Thobias filium ſuū
d. Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere ita eni fiet. vt nec a
te auertetur facies dn̄i. Tho. iiij. Hoc erit in die nouiſſimo quando
talibus dicetur. Venite benedicti patris mei. Eſuri. n. ⁊c̄. ſic patz ſe
3° cūdū. Tertō dico ꝙ ſpūſſanctus ornat per donum ſciēcie cōtra irā
iob. xxvi. Spūs domini ornauit celos. i. homines celeſti conuerſa-
tione qui poſſunt dicere illud philip. iij. Noſtra conuerſatio in celis
eſt hos ornat ſpirituſſanctus per donum ſcie. Sapi. x. Iuſtuz dedu
xit dn̄s ⁊c̄. ⁊ dedit illi ſciam ſanctorum. Scientia ſanctorum dicit᷑
ꝑ quam ad bonum dirigitur ⁊ a malo retrahitur. eccle. xviij. Crea
uit illis ſcientiā ſpū ſenſibili impleuit cor eorum bona ⁊ mala oſten
dit illis. mala vt vitent. bona vt faciant Hec duo faciunt hominem
beatum. pſalmiſta. Quis eſt homo qui vult vitam diligit dies vide-
re bonos. Sequitur. Declina a malo ⁊ fac bonum inquire pacem
⁊c̄. Hoc donum vtile eſt contra iram. prouerbio. xxix. Sapientes a-
uertant furorem. ira mentem perturbat ſciencia illuminat. Quar- 4to
to dico ꝙ ſpirituſſanctus confirmat per donum fortitudinis con-
tra acidiam que mentem eneruat. pſalmiſta. Spiritu principali cō-
firma me docebo iniquos vias tuas ⁊c̄. quaſi diceret. Si per ſpiri-
tumſanctum confortaueris mentem meam. fidem tuam audacter
predicabo Iſtud patet in beato Petro qui ante aduentum ſpiritus
ſancti ad vocem vnius ancille Chriſtum negauit Sed poſt aduen
tum ſpirituſſancti nec verba nec minas principum timuit ſed fidez
Chriſti vſque ad mortem predicauit pſalmiſta. Verbo domini celi
firmati ſunt. ⁊ ſpiritu oris eius. om. vir. eorum. Gregorius. Celo-
rum virtus de ſpiritu ſumpta eſt q2 mūdi hui⁹ ꝓtātib⁹ ꝯtraire nō

p̄ſumerent niſi eos ſpūſſancti fortitudo ſolidaſſet O quāta eſt v̄tus
huiꝰ ſpūs. Certe tenere ⁊ delicate v̄gines. ſ. agnes catherina lucia
⁊ cetere. acerbiſſima tormēta nunq̄ꝫ tam conſtāter ⁊ letanť ſuſtinu
iſſēt niſi eas ſpūſſanctus confortaſſet. Hoc donum eſt vtile contra
acidiam que facit hominez pigrum ad omne bonum. Fortitudo ve
ro ſpūs facit hominem agilem ad omne bonuz vnde apoſt. phil. iiij.
Omnia poſſum in eo qui me confor. Quito dico ꝙ ſpūſſanctus per
donuz conſilij contra auariciā conſolatur. iō vocatur paclitus qḋ
grece cōſolator dicitur. Jo. xiiij. Ego ro. pa. m. ⁊ alium pa. da. vo.
vt ma. vo. in eter. ſpm̄ veritatis. O q̄m nobil' eſt iſte conſolator. qui
manet cum homine nec vnq̄ꝫ deſeit hominem niſi homo prius ipm̄
deſerat. Jſte paraclitus conſolatur per donum conſilij eos qui pro
eo relinquūt tpalia ne turbentur. Mat. v. Beati lugentes quoniam
ipſi cōſolabunť. Augꝰ. conſilium eniz ſpūſſancti eſt vt tempalia cō
temnentes deo pro eternis ſeruiamus. Felix eſt qui audit hoc ɔſiliū
Jſtud donum vtile eſt cōtra auariciā ſicut patz in petro ⁊ i andrea
quibus dn̄s hoc cōſilium ꝓpoſuit dicens. mat. iiij. Venite poſt me
⁊c̄. Jſtud conſilium cōtempſit adoleſcens cui dictum eſt. math. xix
Si vis perfectus eē vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperi/
bus. Quo audito triſtis abijt. erat enim habens poſſeſſiones mul/
tas propter quod dominus diſcipulis ſuis dixit. Amen dico vobis
facilius eſt camelum p ⁊c̄. luc. x. horribile verbum. Sed tamē non
intelligas de diuite quolibet habēte diuicias. ꝫ de diuite qui inordi/
nate amat diuicias ⁊ contra deum retinet qual' ille fuit diues q̄ vo
lebat orrea deſtruere ⁊ maiora edificare. ⁊ ibi frumēta imponē. ¶
Sexta docet p donum intellectus contra gulam que rationem ſuf/
focat. Jo. xvi. Cum venerit ſpūs veritatis do. vos om. v̄itatem. ꝫ
vtiq̄ꝫ p donum intellectus qui eſt de inuiſibilibus. vnde ſequitur q̄/
cunq̄ꝫ au. lo. ⁊ q̄. vē. ſunt an. vobis. De hoc doctore dicit Gregoꝰ.
Nulla ad diſcenduz mora agitur in homine qui voluěit mox vt mē
tem tetigerit docet. Solum eius tetigiſſe. docuiſſe eſt. iſtud donum
vtile ē ɔtra gulā pſ. Intellc̄m tibi dabo ⁊ iſtruā te in via hac q̄ gra.
fir. ſup te ocłos meos. Nolite fiěi ſic̄ equꝰ ⁊ mulꝰ q̄bꝰ nō eſt itellc̄us
qꝛ ſequūť appetitū. vn̄ ſequiť. Maxillas eoꝝ ɔſtringe. i. coarta. Qui
dā dilatāť maxillas p gulā q̄dā ɔſtrigūt p abſtinētiā. p donū intel
lectꝰ illūinať aīa vt deū ɔgnoſcat. pſ. Bn̄dicā dn̄m q̄ tribuit mihi

intellectum. ⁊ ſequitur ꝓuidebam dñm in conſpectu meo ſemꝑ. ꝑ gulã vo hebetať mẽs vt deum obliuiſcatur. Oſee. iiij. Vinũ ⁊ ebrietas auferũt cor. Qui vult ſpiritumſanctum recipe re dẽt gulam reſtringere ⁊ carnẽ ieiunijs macerare. In huius ſignum apli hodie ieiuni receperunt ſpũmſanctum. qui vt quidam volũt ab aſcenſiõe vſqꝫ ad penthe. ieiunauerunt ſm io. mat. ix. Nõ poſſunt filij ſponſi quãto tempore habẽt ſecum ſponſum ieiunare venict autem dies cum auferetur ab eis ⁊ tũc ieiunabunt. Septimo dico ꝙ eleuat per donum ſapientie contra luxuriam. Eze. ij. Spiritus eleuauit me inter celum ⁊ terram. hoc vtiqꝫ per donum ſapiẽtie. Eccle. xi. Sapiẽtia humiliati exaltabit cor illius. Nota differẽtiam inter ſciam ⁊ intellectum ⁊ ſapientiam. Per ſcientiam docetur homo qualiter debeat inter homines viuere ⁊ qualiter peccata vitare ⁊ virtutib⁹ iſiſtere. Per intellectum ⁊ ſapientiam docetur homo qualiter debeat celeſtia cõtemplari. Sed ſi ↄtemplatur celeſtia ſolummodo ſpeculando ſic eſt intellectus. Si autem ex illa ſpeculatõne cõcipit deuotionem tũc eſt ſapientia. Sapientia dicitur quaſi ſapida ſciẽtia. Iſtd donum valet cõtra luxuriam que ad terram deꝓmit. Ps. Humiliata eſt in puluere anima noſtra cõ. eſt in t. vẽ. noſter. Ecõtra ẽ ſapientia que a terrenis eleuat. Bern. Inueniſti ſapientiam ſi prioris vite defleas peccata. ſi huius ſeculi deſideria ꝓuipẽdas. ſi eternam beatitudinem toto deſiderio cõcupiſcas. Rogemus dñm vt det nobis vij. dona ſanctiſpũs ꝑ que poſſum⁹ vitare. vij. pcca mortalia amẽ. Ite de ſpu ſco S°. xxi.

Paraclit⁹ ſpũſſãct⁹ ꝗ mittet pr̃ in noie meo. ille vos docebit oia ⁊ ſug. v. oia q̃cũqꝫ. d. vob. ioh. xiiij. In vbis ꝑmiſſis circa miſſiõꝫ ſpũſſci tria tãgũť. Pmũ eſt ſpũſſci q̃ mittiť dignitas ibi paclit⁹ ſpũſſcus. Scõm ẽ mittẽtis caritas ibi ꝗ mittꝫ pr̃ i noie meo. in h ꝙ dic pr̃ ꝓpt̃e dei caritatẽ. Tertiũ ẽ miſſiõis vtilitas q̃ꝫtũ ad eos q̃b⁹ miſſio fca ẽ ibi ille v. d. oia. Nõ ꝙ ſpũſſcũs tria bõ fac in hoie. cor a pccis mũdat. os ad loqueñdũ bõ excitat. vitã ꝑ opa vtutũ rcificat ſiue ſcificat. Pmo dico ꝙ cor a pccis mũdat. Ps. Cor. m. cre. i me. d. ⁊c. Spũs malus cor inq̃nat pccis ſꝫ ſpũſſcũs a pccis mũdat. Sꝫ nõ ꝙ mũdat a tplici pcco. Pmo ab origiali i baptiſmo. Eze. xxxvi. Effũdã ſuꝑ vos aquã mũdã ⁊ mũdabimi ab oib⁹ inq̃namẽtis vr̃is ⁊ dabo vob ſpm̃ meũ. Nota ꝙ originale peccatũ tantum inquinat animam ꝙ q̃ꝫdiu eſt in anima nunquam poteſt